Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

num antistitem qui nec mori timuit nec ui
uere recusauit. V. Domine si adhuc populo tuo
sum necessarius non recuso laborem fiat uolun
tas tua. Qui nec. Aliquamdiu in
uico illo uel in ecclesia ad quam ierat Mar
tinus commoratus pace inter clericos resti
tuta, cum iam regredi ad monasteri
um cogitaret. uiribus corporis cepit repen
te destitui, conuocatisque discipulis in
dicat se iam resolui. R. Martinus sa
cerdos dei cui post apostolos tantam graci
am dominus contulit ut tres mortuos susci
taret et alias uirtutes preclaras ostendit et
inter alios confessores et martyres ut rosa
fulget in gallia. V. Corpore quidem uirgineo
blandum habebat eloquium gratus erat in
moribus intenta mente celo suspensus est. Sint.
A. Dominus ihesus christus non se In. II. Noct.
inquit purpuratum nec diademate reni
tentem se uenturum esse predixit. A. Dum
sacramenta offerret beatus Martinus
globus igneus apparuit super caput eius. A. O
ineffabilem uirum per quem nobis tanta
miracula choruscant. A. Sacerdos dei Mar
tine aperti sunt tibi celi et regnum patris
mei. A. Martinus episcopus migrauit
a seculo uiuit in christo gemma sacerdo
tum. A. Sacerdos dei Martine pastor
egregie ora pro nobis deum. V. Amauit eum.
Tum uero meror eductus omnium uox
una plangentium, cur nos pater dese
ris. aut cui nos desolatos relinquis.
Inuadent gregem tuum lupi rapaces.

et quis eos amor sibi nostris percusso pastore pro
hibebit. Scimus quidem desiderare te christum,
sed salua tibi sunt tua premia. nec dilata minu
entur, nostri potius miserere quos deseris.
R. Oculis ac manibus in celum semper intentus in
uictum ab oratione spiritum non relaxabat.
V. Dum sacramenta offerret beatus Martinus
globus igneus apparuit super caput eius. Inuictum.
Martinus motus his fletibus ut totus semper
in domino misericordie uisceribus affluebat,
lacrimasse perhibetur. Conuersusque ad do
minum, hac tantum flentibus uoce respon
dit. Domine, si adhuc populo tuo sum neces
sarius non recuso laborem, fiat uolun
tas tua. R. Beatus Martinus obitum
suum longe ante prescivit dixitque fratribus
dissolutionem sui corporis imminere quia
indicauit se iam resolui. V. Viribus corporis
cepit repente destitui conuocatisque discipu
lis in unum dixit. Dissolutionem. Inter spem
amoremque positus Martinus dubitauit
pene quid mallet, quia nec hos deserere
nec a christo diutius uolebat separari,
nichil tamen in uoto suo ponens
aut uoluntate relinquens, to
tum se domini potestatique committens.
R. Dixerunt discipuli ad beatum Martinum
cur nos pater deseris aut cui nos desolatos
relinquis inuadent enim gregem tuum
lupi rapaces. V. Scimus quidem deside
rare te christum nostri potius miserere quos dese
ris. Inuadent. Nonne tibi his pau
cissimis uerbis dicere uidetur grauis